

FIRST TRACT

§1.0

Division of the Work of Johannes de Terra Rubea

The first tract will set forth the right of the primogenit of the French king to administer the kingdom when his father is prevented from ruling by reason of madness or otherwise.

The second tract will make it clear whether rule of the kingdom should belong to the Duke of Burgundy or anyone other than said primogenit, when the king is impaired from ruling by reason of madness or otherwise.

The third tract will make clear that those who obey said Duke are rebels against the king and his primogenit, and deserve punishment for the crimes they commit.

§1.1.0

Subdivision of the first tract into four articles

The first tract is divided into four articles dealing with the rights of the primogenit.

The first article considers whether succession to the kingdom of France adheres to the custom of patrimonial inheritance or constitutes succession to the patrimony in a simple sense.

The second article deals with the rights of the primogenit of the king of France during his father's lifetime, by reason of filiation and primogeniture, and his right to rule the kingdom when the king is impeded from ruling.

The third article asks whether, when the king is impeded, the primogenit has the right to rule the kingdom even though he is less than 25 years old.

The fourth article asks whether the king, being impeded himself from ruling, can deprive the primogenit from ruling by naming someone else as governor.

§1.0

DIVISIO OPERIS JO. DE TERRA RUBIA

Primus siquidem tractatus: an & quae iura primogenitus Francorum Regis habeat, & ei competunt in regno & de eius administratione rege vivente per amentiam aut aliter, regere impedito, servabit.

Secundus verò tractatus, manifestavit lucidè, an rege Franciae regere per amentiam aut aliter impedito, regimen regni pertineat ad dictum ducem Burgundiae aut ad alterum à primogenito.

Tertius autem declarabit tractatus: an obedientes dicto duci dicantur fuisse regi et dicto illustri eius unigenito inobedientes, infideles, et rebelles; et an et que crimina commiserint, quibus penis sint plectendi.

§1.1.0

Subdivisio primi tractatus in quatuor articulos

Hic utique Tractatus primus per quatuor articulos distinguitur : ut autem evidentius plenitudo iurium in regno Franciae rege vivente inclyto domino Delphino primogenito eius competentium reseratur.

Primus articulus erit, an regnum Franciae teneatur, possidetur, & in eo succedi consueverit patrimoniali hereditaria, sive patrimoniali successione, aut simplici.

FIRST TRACT

§1.1.1

First Tract

First Article of the First Tract

For the decision of the first article I posit the following conclusions.

1st conclusion. Some things are possessed patrimonially, such as houses, land, and other things belonging to individuals, and some things in no way patrimonially, such as public roads, rivers, dignities of the church, exercise of royal authority, and public offices both secular and ecclesiastical.

§1.1.2

2nd conclusion. There are two kinds of succession: (1) patrimonial, called "hereditary" in Canon law but "by transmission" elsewhere, which may be testamentary or intestate; (2) simple succession, which is neither patrimonial nor hereditary, called by some succession by removal (of one person by another) but more correctly is said to be succession in place of another person.

[§1.1.0]

Secundus articulus, an, & quae iura habeat primogenitus regis Francorum in regno : patre videlicet vivente ratione filiationis, & primogeniturae; Et successionem at aliter ut in vim, & virtutem illorum regimen regni ad eum solum, & in solidum pertineat Rege regere impedito.

Tertius autem articulus, an illa iura sint talia : quòd eidem primogenito & annis minori vigintiquinque conferant regni regimen quando rex regere impeditur. Quartus articulus, an rex possit tollere regimen regni primogenito dando : & stabiliendo locum tenentem vel gubernatorem : qui regnum regat tempore quo rex regere impediatur. & non primogenitus.

§1.1.1

TRACTATUS PRIMUS

PRIMUS ARTICULUS PRIMI TRACTATUS

Pro decisione primi articuli pono conclusiones sequentes.

Prima conclusio: quod rerum quaedam possidentur patrimonialiter, ut domus, prata, & alia bona singulorum quaedam vero nullatenus possidentur patrimonialiter, ut res publicae, utpote itinera publica, flumina, mare, quod et commune; similiter nec ecclesiae dignitates, imperium, officia publica, secularia, aut ecclesiastica. [Haec divisio probatur](#)¹ ^{†gl} [inst. de rer. divis. in prin. & §. seq.](#) [[Inst., 2,1](#)] & [l. i. D. illo titul.](#) [[Dig., 1,1](#)].

§1.1.2

Secunda conclusio, quod in rebus passivè successibilibus quantum ad propositum duplex successio, reperitur quaedam quae patrimonialis est, quam etiam textus iuris canonici hereditatem appellant. Et ista appellatur a quibusdam successio per transmissionem. Et illa continet in se successionem hereditariam ex testamento vel [10r] ab intestato : de qua loquitur tex. Leviti. xxv.c. [[Leviticus, 25, 45](#)] ibi: Habebitis famulos &c. eod. titu. [de suc. ab inte.](#) [[Inst., 2,14](#)] & [de here. insti.](#) [[Dig., 26, 1, 77](#)] Et successionem singularem quae in rem dicitur, ut [l. etiam, de](#)

1. Note that the gloss does not begin (as it should) with the words “Haec divisio probatur”.

FIRST TRACT

§1,1,3

3rd conclusion. Simple succession, which is neither hereditary nor patrimonial but “by removal”, holds sway in kingdoms, magistracies, offices and dignities.

iureiur. [Dig., 12, 2, 8]. Alia est successio simplex ullatenus patrimonialis, nec hereditaria, sed per remotionem alterius a re vel loco; & haec a quibusdam successio per remotione in appellatur, quae proprie dicitur successio in locum alterius, id est successiva positio, & de hac loquitur l. Gallus. §. i. De lib. & posthu. [Dig., 28, 2, 29] & l. ii. de libe. praete. [Cod., 6, 28, 2] & l. posthumorum. de iniu. rup. & irri. texta. cum concor. [Dig., 28, 3, 13]. Et haec habet locum in dignitatibus in officiis, imperio, & similibus, & in beneficiis. & de hac loquitur. l. meminisse. de offic. procon. [Dig., I, 17, 10] & l. i. §. ut omnes iud. tam civi. quam mili. C. [Cod., 1, 49, 1]; haec distinctio habetur & probetur, viii. q. i. c. expiscopo. & seq. & apostolicam [Decretum, II, 8, 1, 3 & 6]. Et per totam illam q. & per Inno. c. venerabilem. de elec. [Decretales, I, 6, 34] & Io. Mona. [Johannes Mona.² PENDING] in §fi. ut li. pe. [Decretales, II, 16, 5] & de praeben. c. si tibi [Decretales, III, 5 (non inveni “c. si tibi”)] & de elec. c. indemnitatibus. lib. vi. [Lib. Sext., I, 6, 43].

§1,1,3

Tertia conclusio quod successio simplex non autem hereditaria sive patrimonialis, sed per remotionem de iure communi locum habet in regnis, potestatibus, officiis & dignitatibus. hinc. tex. viii., q. i. Moses [Decretum, II, 8, 1, 5] sic ait: ut sciremus principatum in populo non sanguini deferendum, sed vitae; & in c. signo. [read: c. si ergo] ea. q. tex. [Decretum, II, 8, 1, 15] sic dicit: ullam³ hic populi acclamatio, ullam hic consanguinitatis ratio, ullam propinquitatis habita contemplatio, ut propinquis tradatur regimen populi, sicut eis agrorum & praediorum relinquatur hereditas &c. Et hoc etiam dicit gl. in d. c. Moses [Decretum, II, 8, 1, 5] & lxxx. distinc. c. si transitus [Decretum, I, 79, 10]. Hinc etiam dicit tex. quod dignitates & officia ac ecclesiastica administrationes iure hereditario non possidentur. Consuluit de iure patro. c. apostolica. viii. q. i [Decretum, II, 8, 1, 6], c. ad extirpandas & c. ex transmissa de fi. presb. [Decretales, I, 17, 7 & 11]. Inde etiam morte administratoris finiunt administrationes, & ad heredes non transeunt. Insti. qui motu. fi. § similimo. [Inst., I, 22] & l. ii. de tu. & ratio. distra. [Dig., 27, 3, 2] facit §1, in auth. de defen. ci. [Nov., 14, 2] & l. tutela. de tute. [Dig., 26, 1, 1] apertius populus etiam regem constituerebat &c. dicit enim tex. iii. Reg. xvi. cap. [3 Reg., 16, 16]: Quumque audisset rebellasse Zamri &c.; fecit sibi regem omnis Israel &c. Et iv. Reg. xiiii [4 Kings, 14, 21], ubi dicitur sic: Tulit autem universus populus Iudae Azariam annorum xvi. Et constituerunt eum regem pro patre suo, id est in locum patris sui, & xi. c. eo. lib. [4 Kings, 11, 12]: Feceruntque eum regem, & unxerunt, &c.

2. Probably his *Glossa aurea nobis priorii loco super Sexto Decretalium libro addita* [Aalen, 1968, Harvard Law.]

3. For “ullam” read “nullam”, here and in two cases immediately following.

FIRST TRACT

§1.1.4 *4th conclusion. In kingdoms, dukedoms, and similar dominions, hereditary and patrimonial succession can hold sway in accordance with custom, so that kingdoms pass to the heirs by right of heredity.*

§1.1.5 *5th conclusion. Nevertheless, there can be effective modes of transmission to kingdoms and like dominions other than those given in the foregoing. A specific manner of succession can be introduced by law, or by custom—for what the law can do, so also custom can do.*

de hoc etiam est tex. cum glo. in l. ex hoc. de iust. & iu. [Dig., 1, 1, 5] Iude regna condita &c. dicit glo. scilicet à singulis gentibus quae sibi regem elegerunt. Et ita faciendum dicit Isidorus philosophus in lib. polit. [PENDING]

§1.1.4 Quarta conclusio: quod in regnis, ducatus & similibus potestatibus successio hereditaria & patrimonialis potest per consuetudinem sibi locum obtinere, ut in vim eius regna defenduntur heredibus, & in eis iure hereditario succedatur. Probatur conclusio per c. licet. de voto & vo. redemp. &c. [Decretales, III, 34, 6] ubi text. dicit quod filius regis Ungariae, qui et in regno successerat, si votum patris sibi iniunctum non impleat, successione patris se reddit indignum, ut hereditatis emolumento privetur &c; & sic text. ibi dicit regnum esse hereditatem. Et consequenter iure hereditario filium in eo successisse. Probatur etiam de sup. neg. praela. c. grandi. lib. vi [Lib. Sext., I, 8, 2] ibi: in iure regni succederet &c. ubi dicitur Quod regi Portugaliae si sine liberis obiret, succedet frater eius iure regni, id est consuetudine regni⁴ &c., & glossa ordinaria ponit hanc quaestionem in c. Moses. viii. q. i [Decretum, II, 8, 1, 5]. Haec enim consuetudo rationalis est & reipublicae utilis : igitur praescriptibilis & optima. c. fi. de consuetu. [Decretales, I, 4, 11], unde Philosophus in polit. [Aristotle, Politics, 1286b] & Egidius de Roma. in tertio sui comment. De regimi. princi. [Aeg. Romanus, De reg. prin., III:2, 5 (p.404)] dicunt quod utilius est regni deferri per successionem quasi hereditaria ad primogenitam, quam per electionem ad quemvis transferri, quod probant pluribus rationibus ibi positis. Est igitur optima consuetudo.

§1.1.5 Quinta conclusio, quod etiam ex consuetudine potuit & potest causari alia species à praedictis successionis in regnis & potestatibus. Probatur conclusio, quia per legem novus modus succedendi inducitur & potest induci, ut Insti. de eo cui libe. cau. in princip. [Inst., 3, 18] & de acquir. possess. per arro. in prin. [Inst. 3, 1]. Igitur consimiliter potest induci per consuetudinem tenet consequentia, quia quod potest lex, potest & consuetudo parem enim vim obtinent. ut l. de quibus. ff. de legi. [Dig., 1, 3, 32] imò consuetudo derogat legi, & illam tollit, ut d. l. in fin. & l. venditor §. si constat. [Dig., 8, 4, 13(§1)] cum praemissis. Et maximè in administrationibus publicis, in quibus multum consuetudo operatur §. final de decurionib. [Dig.,

4. Correct save for the mention of custom, which is not found in this famous canon “Grandi”.

FIRST TRACT

§1.1.6 6th conclusion. *In kingdoms and dominions where succession is determined by custom, succession may be either hereditary or non-hereditary; and if succession is not determined by custom, it is fixed by common law, for whatever is not found contrary in statutes or custom is left to be regulated by laws and constitutions.*⁵

§1.1.7 7th conclusion. *Some customs observed in succession to kingdoms and like dominions seem to be contrary to common law—obviously so in Aragon and Hungary, where succession is determined by testament; in France, however, succession does not take place by testament, nor ab intestato, since things which by their nature cannot be transmitted by testament cannot be passed on ab intestato.*

8th conclusion. *In France, the force of custom alone confers simple succession upon the first-born males of the direct line, and in the absence of males in the direct line, then males of the collateral line according to proximity.*

50, 2, 11] & in concor. & in feu. quib. mod. feud. amittend. cap. i. §. 1 [Lib. Feud., 1, 5(§1)] ibi quum dicit morem &c., id est consuetudinem etc. [10v]

§1.1.6 Sexta conclusio, quod in successione regnorum ac potestatum similium, sic et quatenus per consuetudinem tantum & observatum comperitur, sicut & eatenus hereditario modo aut alias, ut consuetum est, succeditur; aliter autem statur iuri communi in his & viribus successione simplicis, quae de iure communi in his ut praefertur, obtinent. Probatur haec conclusio, nam lex dicit quod quidquid in contrarium non reperitur statutum vel observatum id legum & constitutionum regulis omnino, intelligitur relictum, ut praecipimus in fin. de appell. 2, §1 [Cod., 7, 62, 32] & fi. in auth. de non alien. [Novella 7, 2] & ii. gloss. in l. tam is. de donat. caus. mort. [Dig., 39, 6, 25] & in cle. I. decensi. [Clementines, 3, 13] etc.

§1.1.7 Septima conclusio, quod in regnorum & potestatum huiusmodi successione varie contra ius commune videtur per consuetudinem observatum; in aliis nempe, ut in regno Aragonum, ex consuetudine succeditur ex successione testamento, ut vidi per publica instrumenta. Et idem videtur in regno Ungariae, per c. licet. de voto & vo. redem. [Decretales, III, 34, 6]. In aliis autem, ut in regno Francorum, succedunt certi, sed non ex successione testamentaria vel ab intestato nisi hoc termino ab intestato privative sumpto; in eo videlicet, qui ratione rei testari non potest iuxta text. l. i. in prin. versi. plene. de suis & legi. [Dig., 38, 16, §1], ubi the collateral line according to proximity. ponitur aequivocatio huius termini ab intestato, & in altera sui significatione, stat[†] pro eo qui testari non potest, status ratione vel simili, ut servus vel furiosus & similes. Et consequenter sine testamento decedentes. [11r]

§1.1.8 Octava conclusio, quod in regno Franciae successione reperitur duntaxat consuetum,

5. *Constitutiones* here refer to a special kind of law promulgated by the emperor.

FIRST TRACT

§1.1.9

9th conclusion. At no time have the kings of France made testamentary provisions concerning the kingdom, but rather have always allowed royal succession to proceed by the force of custom, as mentioned in the previous conclusion.

et ex sola vi constitutionibus^{†gl} obtentum obtentum, quod successio simplex defertur primogenitus maribus ex linea recta eorum quibus succeditur, & illa deficiente succedunt mares transversales iuxta gradus praerogativam. Nec mirum si ex sola vi consuetudinis in dicto regno succedatur, nam & aliquando ex sola vi legis defertur successio. ut Inst. de le. agna. suc. in prin. [*Inst.*, 3, 2]. Et quandoque per senatus condemnata, ut Insti. de senatuscon. tertul. [*Inst.*, 3, 3]. Ergo similiter ex consuetudine potest successio deferri; tenet consequentia quia paris sunt potentiae: lex & consuetudo, ut l. de quibus. & l. diuturna. de legi. ff. [*Dig.*, 1, 3, 32-33].

Sciendum vero, quod proxime dicta consuetudo, quae servatur in regni Franciae successione convenit multum legi divinae & humanae, divinae in hoc quod primogenito per legem Mosaicam defertur regni successio. hinc dicitur Deuteronom. xxi [*Deuteronomy*, 21, 15-17]: Si quis habuit duas uxores, unam dilectam, aliam odiosam, & fuit filius odiosae primogenitus & filius dilectae secundogenitus: non poterit filius dilectae facere primogenitum, & praeferre alteri, sed filium exosae qui primogenitus est agnoscet primogenitum, & de eis quae habuerit dabit ei cuncta duplicia. Hic dicebat de [11v]Adonias frater Salomonis primogenitus, quod regnum ad eum pertinebat iure primogeniturae, sed ex dispositione divina fuit translatum ad Salomonem, ut habetur 3 Reg. c. 2 [*3 Kings*, 2, 15] facit glo. in c. Moses. viii. q. 1. [*Decretum*, II, 8, 1, 5] Et similiter multum convenit iuri positive, & civile, & canonico in ratione sui, ut infra dicitur, quum de iuribus primogeniturae agetur. Convenit etiam praedicta consuetudo legi divinae praedictae, eo quod linea recta, descendens praefertur collateralis. Nam ut habetur iii. Reg. 1 [*4 Kings*, 1, 17], Ocozias regi successit Jordanus frater eius, quia Ocozias filium non habebat, ut infra in litera exprimitur. Convenit iuri canonico, ut habetur in c. grandi. de suppl. negli. praela. [*Lib. Sext.*, I, 8, 2]. Convenit iuri civili, scilicet quo linea descendentium praefertur collateralis, ut in auth. de hered. ab inte. §. i. [*Novella*, 7, 2]. Convenit etiam legi Apostolicae, dicenti Si filius, ergo heres, ad Galat. iii. [*Galatians*, 4, 7] & ad Roma. viii [*ad Romans*, 8, 17]. Convenit etiam bono communi & utilitati populi, secundum Philoso. in Politicis [*Aristotle, Politics*. 1585a], & Egid. in iii. de reg. princi. [*Aeg. Romanus, De reg. prin.*, III:2, 5 (p. 462-65)]. Igitur &c, ubi dicitur. Et per plures rationes verum ostenditur, utilius per successionem regna deferri quam per electionem, ut in praeallegatis locis. [12r]

§1.1.9

Nona conclusio, quod reges Franciae nunquam consueverunt de regno testari, sed solum ex vi consuetudinis defertur successio ad dictos in praecedenti conclusione. Conclusa est negativa facti, & ideo probatur, eo quod contrarium non probatur, ut l. super servis. qui mi. non pos. [*Cod.*, 12, 33] & l. sicut § i. de accus. [*Cod.*, 9, 2 (?)] & porro ex quadam rei probatione evidenti

FIRST TRACT

§1.1.10 *10th conclusion. At no time has a French king ever made, nor can a present-day king make a testament regarding the kingdom, or make the first-born or anyone else heir to the kingdom.*

§1.1.11 *11th conclusion. Even as it is true that, according to custom in the French realm, royal succession is not conferred by testamentary will, so neither can it be ceded to the successor by the deceased's tacit volition; for the kingdom is conferred upon the successor by the force of custom alone.*

quae est optima rei probatio. ut l. ipsis. [Cod., 6, 54, 2] iam alleg. & c. quam sit. de ele. lib. vi. [Lib. Sext., I, 6, 6]. [12v]

§1.1.10 Decima conclusio, quod reges Franciae non potuerunt unquam neque posset rex modernus facere testamentum de regno, nec primogenitum aut alterum heredem facere in illo. Probatur conclusio, quia ex quo (ut praedicatur) per consuetudinem non est obtentum de regno testari, statur super hoc iuri communi, secundum quod facultas de regnis testari non competit, nec est locus hereditariae successioni. Nam quod iuri communi per consuetudinem & statutum detractum non reperitur, regulis iuris communis remanet reservatum, ut l. praecipimus, in fin. de appellat. [Cod., 7, 32, 62] & in auth. de non alienand. §. finali [Novella 7, 1]. Hinc dicitur, quod non mutatur, cur state prohibetur? l. scimus. Cod. de heredib. institut. [Cod., 6, 30, 22] facit ad hoc conclusio sexta supradicta.⁶

§1.1.11 Undecima conclusio, quod adeo ex vi sola consuetudinis in regno Franciae succeditur, quod sicut nec ex voluntate dispositiva & testamentaria regis successio defertur eius successoribus, nec deferri potest, sic nec ex tacita voluntate eius ab intestato dispositiva succedi ei potest, sed solum consuetudo [13r] succedenti defert regnum. Probatur conclusio in prima parte sui, quod non reperitur consuetudine obtentum, quod ex testamento aut ab intestato ex voluntate activa & dispositiva regis ei in regno succedatur, proprie sumpto vocabulo istius termini ab intestato. Ergo statur in hoc iuri communi, secundum quod in regnis non est locus huic successioni, iuxta l. praecipimus, in fine, de appel. [Cod., 7, 32, 62] & glos. in l. tam is. de dona. caus. mor. [Dig., 39, 6, 25]. Et ea quae dicta sunt in praecedentibus & in sexta conclusione. Secunda pars est in facto notabilis, & probatur in simili. in l. tut. de tute. in ver. tutela. [Dig., 26, 1, 1] quae in filium tutoris iure hereditario non defertur, ad eum tamen ratione consanguinitatis devolvitur ita hic & tutela regis. [13v]

6. Evidently *Cod. 7, 32, 62*, cited two lines earlier as well as above in the 6th Conclusion.

FIRST TRACT

§1.1.12 *12th conclusion. The primogenit, or any other one succeeding to the French realm, is not and cannot properly be said to be the heir of him to whom he succeeds, nor his patrimonial successor, but successor only by some simple and non-hereditary succession which has force by virtue of custom alone.*

§1.1.13 *13th conclusion. Wherever customary law determines that patrimonial things pass to the primogenit, the successor is said to obtain the succession from him to whom he succeeds, and to be his heir. In respect to royal succession, however, when the realm passes to the primogenit or some other person according to the rules of custom, the successor may not be said to obtain it from the king to whom he succeeds, nor to be his heir. Certainly the successor in a patrimonial domain has a much fuller right than the king in his kingdom, for he can sell, alienate, diminish and even transfer the patrimony to others, things the king cannot do.*

§1.1.12 Duodecima conclusio quae sequitur ex praemissis, quod primogenitus aut alius in regno Franciae succedens non est, nec proprie dici potest heres eius cui succedit, nec patrimonialiter successor sed successor solum quaedam simplici & non hereditaria successione in vim consuetudinis, quae (ut praediciter) ei confert successionem; quasi hereditaria autem haec successio sub quadam similitudine dici potest, ut l. quicumque in veluti hereditario. de coarcta. princi. lib. xii. C. [Cod., 12, 58, 5] facit l. i. & ii. de filiis offi. eo. li. [Cod., 12, 48, 1-2]. Et potest dici tertia species successionis.

§1.1.13 Tertiadecima conclusio, quod ubi lex vel consuetudo in patrimonialibus defert primogenito, ut in Anglia & Britannia aut alibi successionem, nihilominus successor ab eo (cui succedit) dicitur successionem obtinere & illius heres; quamvis hoc casu quo consuetudo regnum defert primogenito, aut aliis, successor à rege (cui succedit) regnum aut successionem obtinere non dicatur, nec eius heres existere. Ratio differentiae, quia in patrimonialibus locus est de iure successioni hereditariae, sed in regnis non, nisi fuerit consuetudine usurpatum. Caeterum successor in patrimonialibus dominiis habet multo plenius ius quam rex in regno, nam ille potest vendere, alienare, diminuere, & etiam per alienationes patrimonialia in alios transferre, sic quod consequenter liberi aliqui nihil ex eis^{†gl} vendicabunt, quae tamen rex agere non potest, nec per aliquas alienationes ad alios regimen transferre; cu[14r]iuslibet enim regis est regnum augere proprium & id diminuere alienum. Et propterea imperator Augustus nuncupatur, ut in proe. Dig. & Insti. per gl. in q. qua quaeritur an valeat donatio^{†gl} facta per Constantinum Silvestro,⁷ de qua

7. The incipits of the Prefaces of the Digest and the Institutes both recite the full title of the Emperor, which includes “Augustus”, and Accursius’ gloss on that word notes its affinity to *augere* (to increase) mentioned in the previous sentence. Accursius himself does not mention the Donation of Constantine, but such is found in later-medieval “glosses on Accursius” (so to speak), printed in the outermost marginal apparatus. See also the next note.

FIRST TRACT

§1.1.14 14th conclusion. Succession in the kingdom of France is neither hereditary nor elective, but rather a kind of simple succession, operating by custom, according to which a new thing is acquired by, or a new status conferred upon, certain persons.

legitur auth. quomo. opor. epis. [15r] col. i [Novella, 6].⁸ Et dominium quod rex habet in regno, est alterius speciei à dominio rerum quae patrimonialiter possidentur, ut habetur ex iure dominio. Hic dicitur quod abs te habere censeor, quod non auferes cum posses. Et ideo in patrimonialibus. successores ab intestato videntur ea habere ab eo sui succedunt ex illius tacita voluntate, quia ab eis posset & potuisset illa habere per alienationes, ut dixi. Et per testamentum alium institit [Inst. 2, 25 (preface)] uendo heredem auferre: & haec habentur in l. codicillis. in pr. de codi. maxime iuncta glo. in l. i. § pe. de leg. iii. [Dig. 32, 1, §Ii quibus acqua]⁹ pro quo. l. quidam testamento. §. fi. de leg. i [Dig. 30, 1, 96] cum multis similiter e converso quod mihi auferre non potes, abs te dicor non habere, ut D. de hered. inst. l. si servo. [Dig. 25, 5, 84] hic dicit tex. nil enim de suo videtur dedisse, qui (quod tradidit) necessario habuit tradere, ut l. unum. §. i. de leg. ii [Dig. 31, 1, 67] & l. ii. C. de lib. & eo. lib. [Cod. 6, 7, 2]. Igitur quum rex per alienationes aut aliter non possit successorem regno privare, neque illi conferre; igitur ab illo habere non censetur per praedicta. Insuper licet ex consuetudine debeatur hereditas patrimonialis primogenito, nihilominus adhuc per testamentum potest pater in ea primogenitum heredem instituere, sicut & in legitima iure naturae debita, quamvis ex lege debeatur patre invito non eo minus in ea filium pater potest heredem instituere, ut in auth. ut quum de ap. eo. §. id quoque [read: Ideoque] [Novel 115, §Ideoque]. Ratio, quia natura patrimonialium est, ut de eis sint dispositiones inter vivos & ultimae voluntatis ad votum dominii, non sic in regnis, quorum natura resistit usurpatum, ut patebit ex supradictis, & patissime in ix. & x. concl. ut dictum est, quod rex Franciae non posset successorem in regno heredem instituere, ut ibi satis.

§1.1.14 Quartadecima conclu. quod ut ex praedictis patet, successio in regno Franciae nec est hereditaria, nec simplex electiva, quia nemo eligit & electio est actus voluntatis secundum Philosophum [PENDING], & probatur in c. quia propter. de elec. [Decretales, 1, 6, 42] sed est quidem simplex ex vi consuetudinis illam certis personis deferentis novam sortita formam sive speciem à consuetudine successio, ut patebit ex praedictis quaestionibus, & evidenter patebit, quod

8. As in the previous note in respect to the Digest and the Institutes, so too in Novel 6 (Authentic I, 6) the allegations refer not to the text of the law but to Accursius' gloss on it—in this case (concerning the Donation of Constantine) to the gloss on the words “conferens generi” found in the preface to Novel 6.

9. Most likely Accursius' gloss on the word “duraverit”.

FIRST TRACT

§1.1.15 15th conclusion. *French kings do not hold the realm by patrimonial or hereditary means, but by a royal power and authority which has the express approbation and disposition of God, manifested by His endowment of the holy oil sent from heaven.*

§1.1.16 16th conclusion. *It is not astonishing that custom confers a right upon the primogenit by reason of filiation or primogeniture, but not as an heir, for in patrimonies many things are conferred upon sons as sons, but not as heirs.*

non est electiva nec hereditaria, ergo alterius speciei prodiatae à iure, id est à consuetudine regni, iuxta c. grandi de sup. ne praela. [Lib. Sext. I, 8, 2] in iure regni succederet; consuetudo enim introducere potest novas formas & species in successioneibus, ut Insti. de eo cui lib. cau. in princ. [Institutes, 3, 11]. Et dictum est supra in 5. conclu.

§1.1.15 Quintadecima conclusio, quae infertur ex praemissis, quòd regnum Franciae possidetur, & haberi & possideri per reges consuevit non patrimoniali aut hereditario modo sed solum regis potestate autoritate, ex Dei tamen dispositione & expressa approbatione. Prima pars conclu. probatur quia non patrimonialiter nec hereditario modo reperitur usquam per consuetudinem possideri observatum nec obtentum, minusque per electionem iuxta praedictam proximam conclu., ergo remanet quod successione quadam, simplici autoritate & imperio regio ex vi & modo consuetud. ut praedictum est, possidet. Secunda pars conclu. probatur per ea quae dicta sunt in prologo, nam legimus domum regiam Franciae sanctissimam Deum oleo suo, quo eius reges unguuntur, per angelum in speciem columbae visibili transmissio celitus munere singulari prae aliis regibus & monarchiis secularibus decorasse, ut historia beati Remigii profitetur. Quid autem est huius sanctissimi olei transmissio, nisi eiusdem regni divina dispositio sive expressa caelestis approbatio, iuxta id quod scribitur in Esa. & in Evan.: Spiritus domini super me, eo quod unxit me & de hoc fortasse plenius dicitur inf. in ul. tra. [15v]

§1.1.16 Sextadecima conclusio, quòd successio in regno in vim consuetudinis defertur primogenitis sub ratione filiationis sive primogeniturae, quae tantum consignificat, non autem ut heredibus aliquo modo nec mirum si solùm sub ratione primogeniturae successio regni deferatur, nam in patrimonialibus multa deferuntur filiis ut filiis, & non ut heredibus. Nam quaedam operae debitae à liberto patrono suo transeunt ad filium ut filium & illi debentur, licet heres patris non sit, ut l. si. operarum. D. de ope. lib. [Dig. 38, 1, 29] & idem de successione libertorum, quae transit ad liberos patroni ut liberos, licet alius heredes non sint, ut l. si patronus. §. fina. de bo.lib. [Dig. 38, 2, 2]. Idem in iure sepeliendi in sepulchro parentum, quod transmittitur ad liberos ut liberos, licet patris heredes non sint, ut l. vel quod, §. liberis. de reli. & sum. fune. [Dig. 11, 7, 6] cum simi. multis. Idem in tutela, ut habetur in l. multipliciter. De tute. [Dig. 26, 1, 6]. Idem in dignitatibus seu earum occasione, ut in l. si quis in sacro. in l. unicum [read: uniquique] §. proximi. de sacrosan. eccle. [Cod. 12, 19, 7 & 11]. [16r]

FIRST TRACT

§1.1.17 *17th conclusion. Succession to the throne in France does not entail imposition upon the new king of either the onuses or the particular advantages of him to whom he succeeds, for he does not hold the realm by his predecessor's disposition (for he cannot deprive him of it) and consequently does not have to fear its particular onuses.*

§1.1.18 *18 conclusion. The king of France cannot deny the succession of him who is the successor-to-be, for he is fore-ordained and succeeds not from the king's dispositional will but from the dictates of custom.*

§1.1.17 Decimaseptima conclusio: quod ad succedentem in regno Franciae non pertinet, nec ad eum devoluuntur onera, aut commoda propria eius, cui succeditur. Probatur conclusio, quia sicut dictum est, non succeditur regi in regno patrimonialiter, nec modo hereditario, igitur onera aut alia propria regnum non contingunt illum non sequuntur: hic dicit text. in feud. quod si vasallo defuncto succedit agnatus proximus in feudo, & non in hereditate eius, debita illius hereditaria agnoscere vel soluere non compellitur. Insuper dicit textus quod ea quae transferuntur filiis ut filiis, ut sunt operae libertorum, nihil habent commune cum hereditate vel bonorum possessione, ut l. à duobus. circa medium. de oper. libert. [Dig., 38, 1, 4], Et ratio huius est in evidenti, quia regnum non habet ab eo, nec eius dispositione, quum nec id sibi auferre posset, consequenter eius onera propria sustinere non debet. Et ideò dicit lex, quod filius arrogatus vel adoptivus non tenetur onera iniuncta à patre adoptivo subire quo ad quartam portionem iure filiationis sibi adeptam, quia illam non à patre adoptivo sed ex legia providentia consequitur, sicut successor regni consequitur id ex dispositione consuetudinis, non autem eius cui succeditur, &c. Rationes autem civiles sunt clarae pro hac parte: quae omittuntur brevitate gratia facit bene, l. qui fundum. §. qui simul. ad leg. Fal. [Dig., 35, 2, 87] & l. si servo. de hered. insti. [Dig., 28, 5, 84] [16v]

§1.1.18 Decimaoctava conclusio, quod rex Franciae non potest tollere successionem ei qui successurus est in regno, ut praefertur. Probatur conclusio, quia non ex eius dispositiva voluntate succedit ei, sed etiam illo invito ex sola vi consuetudinis; hinc dicit text. quod pater in legitima portione iure filiationis debita non potest filio praeiudicare, aut illi eam impedire, quia non eius iudicio ad filium pervenit, sed legis providentia. Haec sunt verba l. si arrogator. D. de adopt. [Dig., 1, 7, 22] praeterea dicit, l. quod pater non potest onerare vel praeiudicare filio suo, circa portionem hereditatis quam ex lege vel per alium personam habet, &c., ut habetur clarè in l. qui fundum. §. qui filios ad legem Falcid., [Dig., 35, 2, 87], quinimò omne gravamen adiectum (ut invalidum) tolleretur, sicut dicitur de onere aliecto per patrem in legitima iure naturae debita, quod omne tollitur & sine onere remanet apud filium, ut l. quoniam in prioribus. de inoffi. testam. [Cod., 3, 28, 32] & propterea dicitur Deuteron. xxi. [Deuteronomy, 21, 16] quod pater non potest hereditatem dare

FIRST TRACT

§1.1.19 19th conclusion. *The first-born son or the successor does not lose the succession because of ingratitude or similar cause committed against the king of France, nor can the king deprive him from the succession by force of his will or like reason, because the successor does not gain the kingdom from him but from operative custom.*

§1.1.20 20th conclusion. *Since the primogenit succeeds in the French realm, the king's other children do not have the right of legitimate portions to which they are usually entitled by natural law.*

secundogenito, & tollere primogenito. Hanc conclusionem sequuntur Innoc. & Hostien. in c. grandi. de sup. negli. prala. [Lib. Sext., 1, 8, 2.].

§1.1.19 Decimanona conclusio: quòd per ingratitude[m] aut aliam simile[m] causam commissam per primogenitum vel successorem contra regem Franciae, ille non perdit successionem, nec ob id rex potest illum successione privare in vim sua voluntatis. Probatur conclusio, quia regnum non assequitur nec habet ab eo. sed ex consuetudine disponente, ut dictum est, igitur &c. per l. si arrogator [Dig., 1, 7, 22] & l. qui fundum. [Dig., 35, 2, 87] alleg. hic dicit tex. quod propter ingratitude[m] commissam per libertum contra patronum, idem patronus non potest illum privare libertate quam illi ex alterius dispositione & ordinatione concessit; nam nihil gratuite illi dedit, sed ei debitam restituit, ut est textus in l. i. C. de libe. & eod. lib. [Cod., 6, 7, 1] & l. 2. de ope. lib. [Cod., 6, 3, 2] facit in ratione sui l. 2. D. de interdi. & releg. [Dig., 48, 22, 3], sed primogenitus successor regnum obtinet ex consuetudine, non autem à lege, ut praedictum est, &c. Praeterea regnum non est regi patrimoniale, nec per medium eius activum aut effectivum transfertur ab eo in successorem, sed duntaxat effectivum transfertur in illum sic, quòd consuetudo est principium effectivum & activum, ita quod nul[93]la causalitas potest attribui regi cui succeditur, nec causalitas instrumentalis productiva & acquisitiva ideo, &c. secus est in patrono, qui est causa productiva iuris patronatur, & ideo in illo potest filiis praeiudicarem ut l. si ex patronis. §. fi. & penu. de iur. patro. [Dig., 38, 2, 10] quae sic convenit & concordat praedictis, pro quo tex. in d. §. penul. infra [read: supra], quia per patrem, &c.

§1.1.20 Vigesima conclusio quòd primogenito succedente in regno Franciae alii liberi regis non habent in regno de iure communi ius legitimarum portionum quae debentur iure naturae. Probatur conclusio, quia huiusmodi portiones habent locum in bonis patrimonialibus parentum, & in quibus plures succedere possunt, & divisibiliter, regnum autem Franciae non est huiusmodi, ut praedecclaratum est; & quia uni soli datur per consuetudinem, & in eo plures succedere non possunt, nec debent secundum philosophum in Politicis [Aristotle, Politics (non inveni)], habetur in iii. de regi. princì. [Aeg. Romanus, De reg. prin., III:2, 5], igitur, &c. Regna enim sunt indivisibilia, de prohib. feud. alien. §. praeterea. [Lib. Feud., 2, 52] igitur, &c. Hanc conclusionem ponit glos. in c. licet. de voto. [Decretales, III, 34, 6] & idem Innocent. & Hostien. ibidem.

FIRST TRACT

§1.1.21 *21st conclusion. Other children of the king of France cannot complain nor remonstrate because the succession of the kingdom excludes them and passes undivided to the primogenit, for the father does not hold the kingdom by patrimonial right, and consequently neither the thing itself nor hope of it is taken from his children.*

§1.1.22 *22nd conclusion. Although sons are barred by common law in royal succession from legitimate portions usually owed them by natural right, there may still be owed to them portions of the kingdom which are assigned to them and held in fief as vassals of the king.*

§1.1.23 *23rd conclusion. If the king were to be deprived of his kingdom, the primogenit would not on that account be deprived of the succession, for the kingdom is not deferred to the successor by the father but by custom.*

§1.1.21 Vigesima prima conclusio, quòd alii liberi regis Franciae conqueri non possunt, nec eis fit aliqua iniuria, quia soli primogenito regni successio defertur insolidum, eis exclusis. Probatur conclusio: nam ex quo nihil iure patrimoniali habuit pater in illo, consequenter nec ipsi re, nec spe, & consequenter nil eis detrahitur, sicut nec heredibus praelati ecclesiastici fit iniuria, quia non succedunt in ecclesia, ut c. praesenti. & c. ad extirpandas. de. fil. presby. [Decretales, I, 17, 3 & 11] quinimò huiusmodi filiis potest dicere consuetudo, quod habetur Mat. ca. xx. [Matthew, 20, 13-15]: Amicè non facio tibi iniuriam, an non mihi licet facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum, &c. Bonus in hoc, quòd de primogenito regis regnum, sicut & quod possum : & Oculus tuus nequam, in hoc quòd displicet : quia do primogenito regnum : et non vobis aliquid.

§1.1.22 Vigesima secunda conclusio, quòd licet filiis primogenitis & sequen. de iure communi non debeantur in regno legitimae portionem iure naturae, tamen per consuetudinem possent deberi eis portiones aliquem in terris regni eis assignandae, quas tamen ut vasalli à rege tenerent in feudum. Probatur prima pars conclusionis, quia per consuetudinem iura in his constitutibilia, ut not. glo. in c. Moyses [Decretum, II, 8, 1, 5]. Et probat tex. in d. c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2] infra [read: supra], cum dicit iure regni, etc., & dictum est supra in iii conclusionione. Et convenit hoc multum rationi naturali & divinae, ut filiis aliquid detur de quo vivant secundum decentiam status & prosapiae illorum, sicut & Abraam dedit cuncta quae possidebat filio suo Isaac, & aliis autem largitus est munera, Genesis xxv [Genesis, 25, 6] & licet primogenito patrimonialibus primogenita, & duplicia in bonis debeantur, tamen et aliis debentur aliqua tribui & assignari, ut habetur Deutero. xxi [Deuteronomy, 21, 17]. Secunda pars conclusionis convenit multum iuri & naturali conditioni regnorum secundum quam regna non dividuntur, ut § praeterea. de prohi. feu. alie. [Lib. Feud., 2, 52], sed indivisibiliter ad unum pertinent, ut habetur & no. per glo. & doct. in c. licet, de voto. [Decretales, III, 34, 6]. Hoc autem modo non dividuntur iura coronae, nec dignitas regiae igitur, &c.

§1.1.23 Vicesima tertia conclusio, quòd si rex aliquis mereretur regno privari, quòd non ideo primogenitus vel successor privaretur regni successione. Probatur conclusio, quia regnum non defertur successorì à patre, nec per medium activum sive productivam eiusdam, ideo &c. Hic dicit

FIRST TRACT

§1.1.23a

From the above it follows that when the king is deprived of rule, the kingdom should devolve to a successor who succeeds according to custom, and not for any other reason.

l. quòd pater delinquendo nihil iure adimere potest liberis, nisi ea quae ab ipso proventura essent ad eos, si illi ab intestato succederent, ut hereditas, ea verò quae non à patre, sed à genere, vel civitate, vel à natura rerum tribuuntur, liberis firma manent, nec per aliqua patris crimina amittuntur, ut dicit tex. in l. ii de interdi. & relega. [Dig., 48, 22, 31]. Sed primogenitus non à patre, sed à consuetudine deferente succedit in regno, igitur per crimen illud non amittit. Caeterum ea (quae debentur filiis ut filiis) non perduntur per delicta parentum, praesertim quando non devoluuntur per medium patris actum, sive productum, nec patrimonialiter, argu. l. adoptivum, § fi. [Dig., 2, 4, 8(§2)] et l. emancipatum et l. filiam, de sena. [Dig., 1, 9, 7 & 9], et not. glos. in l. divi. de iure patro. [Dig., 34, 14, 17] & in l. i. C. de bo. liber [Cod., 6, 4, 1] pro quo l. eos ad legem Iuliam Maie. [Dig. 48, 4, 9] ubi tex. dicit quòd iura quae competunt in successione libertorum paternorum, non perdit filius propter crimen maiestatis laesae à patre commissum, sed ad illum, & non ad fiscum devoluuntur.

§1.1.23a

Ex quibus sequitur, quod rege privato regnum devoluetur ad successorem qui debet succedere secundum consuetudinem, non autem alteri aliqua ratione. Prima pars probatur arg. l. adoptivum, § fi. de in ius vocan. [Dig., 2, 4, 8] ubi patet, quòd patre vivente iura quae facto patris non perduntur, ut quòd non possit vocari in ius sine licentia, transeunt ad filium, facit l. quia. de iure patrona. [Dig., 34, 14, 17]. Et maximè, quia haec regna non sunt transmissibilia ad alias personas, quòd per consuetudinem ordinatas, iuxta c. Moses. & c. si ergo cum glo. viii. q.i. [Decretum, II, 8, 1, 5 & 15]. Confirmantur praemissa in primogenito, nam vivente rege habet ius formatum, ut infra dicetur. Igitur rege privato illud plenificatur, ut l. utrum. de assig. lib. [Dig., 38, 4, 5] & l. communi leberta. de bo. liber. [Dig. 38, 2, 24] & l. i. C. si lib. imperia. socius [Cod., 10, 14, 1] &c., ubi patet, quòd ius alicuius deficiens applicatur alteri, qui in re illa habet ius aliquod formatum; sed primogenitus habet ius aliquod vivente patre in regno, ut infra in sequen. arti. declarabitur, pro quo l. in suis, de liber. & posth. [Dig. 28, 2, 11]. Igitur ad eum sive ei applica[17v]tur. Et ex his patet quod gloss. c. grandi. de sup. negli praela. lib. vi [Lib. Sext., I, 8, 2], quae dicit quod rege privato propter delictum non succedit proximus, sed eligent illi ad quos pertinet, &c. Et pro sua opi. gl. alleg. c. venerabilem, de elect. [Decretales, I, 6, 34] quòd debet intelligi procedere in regno, quod per electionem defertur, quia in hoc cas loquitur can. per quod se fundat; tamen verba glos. repugnant hic sensui, nam dicit expressè in regno, quo per successionem defertur, & ideo patet apertiùs dici, ut glos. veritati non repugnet quod loquitur in regnis quae iure hereditario deferuntur, iuxta c. licet. de voto. [Decretales, III, 34, 6] & sic intelligit Archid. [Guido de Baysio PENDING] in d. c. Et est ratio differentiae, nam in patrimonialibus & quae iure hereditario deferuntur, ex delicto patris magis privari possunt successione filii, quàm in aliis, ut habetur & not. per gl. in l. divi. de iure patro. [Dig., 34, 14, 17] & l. adoptivum, § si de in ius vocan. [Dig., 2, 4, 8] Haec probat. l. quia de bonis liber ideò dicit gloss. quod delictum patris nocet filius aliquando in his quae competunt & devoluntur

FIRST TRACT

§1.1.24

24th conclusion. The king of France cannot make a constitution or law according to which succession to the kingdom is deferred by patrimonial or hereditary right; this conclusion is proven because the custom already in force was introduced by the consent of the three estates and the entire civil and mystical body of the kingdom, to whom belongs the institution and election of the king according to common law. The establishment [dispositio] of kings and princes belongs to the people, that is to say, to the estates of the realm and the republic.

ad eos ut ad heres, sed non in his quae eis ut filiis deferuntur. At regnum Franciae (ut sepe dictum est) non defertur iure hereditario, igitur &c. Praeterea illa gloss. posset intelligi vera, quando filius non est heres in regno successurus, sed frater vel alius, & in his terminis loquitur ad literam c. illud grandi [Lib. Sext., I, 8, 2]. Nam rex Portugaliae non habebat filium, sed fratrem solum, ut dicit ibi tex. Et ideo iuxta terminos illius, c. loquitur gl. & est ratio differentiae manifesta, nam filius successurus in regno patre rege vivente habet iura formata in regno videlicet, quia habet in eo quandam speciem dominii & iura primogeniturae, quae sunt magnae efficaciae, ut declarabitur plenè in sequenti articulo. Et ideò non mirum, si illa sibi reservantur patre privato regno propter delictum aut aliter, imò plenificatur, ut alleg. adoptivum, in fine. secùs in alio successore, ut in fratre vel in agnato nam ille non habet ex natura, nec ex filiatione, nec ex primogenitura aliquod ius formatum rege vivente, sicut habet primogenitus, sed habet solum quandam simplicem speciem. Ideò non mirum, si illa posset privati propter delictum regis, ut sic esset locus electioni. iuxta gl. si sic intelligatur, licet negari posset esse vera, absolutè eam intelligendo.

§1.1.24

Vicesimaquarta conclusio, quòd rex Franciae non posset constitutionem aut legem facere per quam patrimoniali iure, aut hereditario (quàm consuetudine iuerit obtentum) in regno succederetur, probat conclusio quia consuetudo quae est iam in actu super hoc fuit & est introducta ex consensu trium statuum & totius civilis sive mystici corporis regni, ad quos spectabant de iure communi regis institutio, iuxta gloss. c. Moses & c. si ergo [Decretum, II, 8, 1, 5 & 15] &c., & text xciii. distinct. legimus [Decretum, I, 93, 23] ubi dicitur quòd exercitus populi facit regem sive imperatorem facit, quod habetur iv. Reg. ii. & xiv. [4 Kings, 2 & 14, 21] ubi paret quod populus sibi regem faciebat, igitur, &c. Praeterea ad caput non spectat dispositio de capite eligendo, ut c. i & 2 & per totam q. 8, q. 1 [Decretum, II, 8, 1, 1-2 & sqq.] igitur, etc. Praeterea dignitates regiae sunt totius corporis civilis sive mystici regni, sicut dignitates ecclesiae sunt ecclesiarum, igitur in praeiudicium eorum (quorum sunt) aut praeter eorum voluntatem caput nihil potest, ut l. in concedendo. de [18r] aqua. plu. arcen. [Dig., 39, 3, 8] & l. per fundum, de servitu. rust. praedio. [Dig., 8, 3, 11]. Ceterum faciendo ipse iudicaret & legem faceret in favorem suorum successorum, qui cum eo eadem persona reputantur & idem favor., ut l. si percatum. de proba. [Dig. 22, 3, 9], quod esse non potest, ut in l. i. C. ne quis ius sibi dicat in propria causa [Cod., 3, 5, 1]. Hinc dicit, quòd ipse non

FIRST TRACT

§1.1.24a *From the foregoing conclusions it has been very clearly shown that the Dauphin has a formed right of succession to the kingdom of France while his father is still alive.*

posset legitimate filium unicum spurcum si haberet, ut sibi succederet licet ut alii succedunt sic, ut no. gl. quae incipit, quia non in c. per venerabilem qui filii sint legiti. de successione [Decretales, IV, 17, 13]. Igitur in regno non est eius dispositio. Caeterum regum & principum dispositio (ut praedicitur) pertinet ad populum, & ita in hoc pertinet ad statum regni & reipublicae, ergo, &c, nam regi non licet immutate ea quae ad statum publicum regni sunt ordinaria xxv., q. i [Decretum, II, 25, 1, 3] quae ad perpetuam. Et similiter notat & dicit gloss. quod Papa non potest sibi facere successorem, quia hoc esset mutare statum Ecclesiae, igitur, &c.

§1.1.24a Ex praefatis conclusionibus apertissimè demonstratur, quòd primogenitus regni Franciae dominus Delphinus princeps inclytus, patre vivente, habet ius formatum successionis in regno adeo solidissimum quod per voluntatem, factumve regis, aut dispositionem, aut alterius avocari non potest ab eodem in humanis superstite, quod non sic in literis aliis, & bonis patrimonialibus parentum, in quibus ius successionis facere potest liberis impediri tolli per alienationes inter vivos, testamentaque, debita voluntaria, legata, exheredationes ex causa, criminaque, aliqua parentum & aliter variè, & sic firmiter & solidius est ius huiusmodi primogeniti quàm liberorum in bonis patrimonialibus parentum; & ideo cum liberi in bonis parentum habeant patre vivente iura & praerogativas prae aliis, ut pote quandam domini speciem & possessionem, l. in suis de libe. & posthu. [Dig. 28, 2, 11]. Et dicetur plenè inf. proximo articulo, huiusmodi dominium plenius praerogativas alias efficaciores & pleniores habet dictus dominus primogenitus causae potentiores patre vivente in regno prae aliis : Nam potentiores producunt effectus secundum iura, ut l. iii., § penultim., de novi oper. nuntia. [Cod., 8, 11 (unica)] & secundum Philosophum, ut patebit clarius ex sequentibus.